



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

Sessio VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108



S E S S I O V I.

Decretum de Iustificatione.

† Doctores referuntur de iustificatione agentes.

P R O O E M I V M.

Hebr. 4.

CVM hoc tempore, non sine multarum animarum iactura, & graui Ecclesiasticæ vnitatis detrimento erronea quadam disseminata sit de iustificatione doctrina, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Reuerendissimis Dominis, Dominis, Ioan. Maria, Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & Apostolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius iustificationis, quam Sol Iustitiæ Christus Iesus, fidei nostræ auctor, & consummator, docuit Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit, districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere prædicare, aut docere, quam præsentis decreto statuit, ac declaratur.

Vide Vegam in opusculo de iustific. Iodoc. Cocc. in thesaur. Cathol. tom. 2. lib. 3. de iustificatione. Et verbum iustificari, quid significet in sacris Scripturis, tradit Pagnin. Gaudent. de dogmatibus & ritibus veteris Ecclesiæ, p. 2. c. 52.

De natura, & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

C A P V T P R I M V M.

4 Cælest. 1. ep. 1. c. 4.
1. Cor. 15.
Rom. 5.
b Isaiæ 64.
c Ephes. 2. c. supra sess. 5. in princ.
d Rom. 6.
Hebr. 2.
e Conc. 2.
Arauf. c. 15.

Primùm declarat sancta Synodus, ad iustificationis doctrinam probè, & sincerè intelligendam, oportere, vt vnusquisq; agnoscat, & fateatur, quòd cum omnes homines in præuacuatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & vt Apostolus inquit, natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, vsque adeò serui erant peccati, & sub potestate diaboli, ac mortis, vt non modò gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam litteram legis Moyfi, inde liberari aut surgere possent, tamen in eis liberum arbitrium minimè esset, viribus licèt attenuatum, & inclinatum.

Vide Apost. ad Rom. 5. vers. 12. In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt & 1. ad Corinth. 15. vers. 22. In Adam omnes moriuntur. S. August. lib. 2. de nupt. & concupiscentia, cap. 27. & 28. & lib. 6. contra Iulianum cap. 4. S. Ambros. lib. 1. de penit. cap. 2. S. Gregor. Nis. sen. in disp. de resurrectione & anima, & in lib. de beatitudinibus orat. 6. Gregorius Nazianz. orat. de Baptismo, Leo epist. 84. & serm. 4. de Natali, Chrysoftom. homil. de Adamo, & Eua, Cyprian. lib. 3. epist. 8. ad Fidum, S. Thom. 1. 2. quest. 81. artic. 2. & 3. AZOR. instit. moral. p. 1. lib. 4. cap. 30.

De dispensatione, & mysterio aduentus Christi.

C A P V T I I.

I Christum venisse patet.

4 2. Cor. 1.
b Genes. 49. cum sim.
c Galat. 4.
d Rom. 9.
e Ro. 2. & 5.
Coloss. 2.
f Tit. 2. & 3.
Tit. 1. cum multiplex de peccatis d. 1.
g Ican. 1.
h Cor. 5.

Quo factum est, vt cælestis pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Iesum, filium suum, ante legem, & legis tempore multis sanctis Patribus, declaratum, ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit: vt & Iudæos, qui sub lege erant, redimeret, & gentes, quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Christum venisse patet Genes. 49. Non auferetur scriptum de Iuda, sicut ex illis verbis probant Irenæ. lib. 4. cap. 33. Cyprian. epist. 63. aliàs lib. 2. epist. 3. Iustin. Martyr. in dial. contra Triplicium, Auctor questionum ad Antiochum quest. 103. Idem probatur ex Daniel. cap. 9. vbi Lyran. & tradunt Euseb. lib. 8. demonstrat. cap. 2. Chrysoftom. orat. 2. contra Iudæos, Genebrard. lib. 2. chronograph. circa finem. Gelaf. lib. 4. cap. 14. Driedo lib. 3. de dogmatibus sacra Scriptura, cap. 5. p. 4. Ioann. Lucidus lib. 2. de emendat. temporum. Soar. 3. p. tom. 1. disp. 1. & 2. Valent. tom. 1.

tom. 4. disp. 1. quæstione 1. puncto 2. Ioann. Putcan. tom. 2. dub. 2. Bonacin. de sacrosancta Christi Incarnat. disp. 2. q. 1. quæstione 1. artic. 1. dub. 4. Tanner. tom. 4. disp. 1. quæst. 1. puncto 2.

Qui per Christum iustificantur.

C A P V T I I I.

- 1 Per Christum iustificamur.
- 2 Hominis propagatio exemplo probatur.

Verum, etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut reuera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, a cum in ea propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur: cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos b semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transfuditque in regnum filij dilectionis sue, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

a Allusio ad verba. Aug. ep. 89. Omnes qui renascuntur in iustificationem, &c. quæ alibi crebro inculcat, b Infra canon. 1. Coloss. 1.

Per Christum iustificamur, & saluamur, ad Rom. 5. cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus: ad Hebr. 13. Propter quod & Deus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: cap. 9. Si sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vituli aspersus inquinatos sanctificat ad emendationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus

mortuis & 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Vide Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 2. cap. 2. quæst. 9. artic. 3. vers. tertio. Cum in ea propagatione, Hanc propagationem exemplo probat Concil. Arausic. II. cap. 24. vbi ait de palmite, quæ si non in vite manet, arefcit, & vigorem non nisi ex vite habet: idem dicit Concil. Moguntin. cap. 6. tom. 3. fol. 932. August. lib. 2. de peccato mort. cap. 27. S. Thom. part. 2. quæst. 81. art. 2. ad 3.

Iustificationis impij descriptio, & modus eius in statu gratiæ insinuat.

C A P V T I V.

- 1 Baptismus in re, vel in voto necessarius ad iustificationem.
- 2 Baptismus necessarius necessitate mediij in re, vel saltem in voto.
- 3 Baptismus in voto habere quis dicatur.

Iustificatio quid sit. ibid.

Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuat: vt sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum, Saluatorem nostrum, quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum, a sine lauacro regenerationis, b aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: a Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Galat. 4. Tit. 3. e. Ioan. 3. c. filius & c. nō dubito, de confect. d. 4.

Vide Sayr. de Sacrament. in genere, lib. 2. cap. 2. quæst. 9. art. 3. in fine. Aegidium de Coninck de Sacram. & censur. tom. 1. quæst. 68. à num. 23. Gabr. Vazq. in 3. part. S. Thom. tom. 2. disp. 151. num. 18. & disp. 158. num. 27. Filiuc. in quæst. moral. tom. 1. tract. 2. de sacrament. Baptismi, num. 118. & 122. Ioan. de Lugo de Sacram. tract. de Pœnit. disp. 14. sect. 7. num. 90. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. c. 4. num. 60. Hurtado de Sacram. disp. 1. de Baptismo, diffie. 14. in fine, vbi quod Baptismus in re, vel in voto necessarius est ad iustificationem, & diffie. 15. vers. Sear. dicit quod iustificatio est translatio ab statu in quo quis nascitur filius Adæ ad statum gratiæ, & diffie. 20. vers. quod autem, a Sine lauacro, &c.] Vide S. Thom. part. 3. q. 68. art. 2. Sot. in 4. dist. 5. quæst. 1. art. 2. Veg. de iustificat. lib. 9. cap. 4. fol. 210.

2. Baptismus esse necessarium necessitate mediij in re, vel saltem in voto, quando non adest facultas illum suscipiendi in re, asserunt SS. Patres, Concilia, & vnanimis Doctorum sententia apud Henric. in summ. lib. 2. cap. 3. Vazq. part. 3. disp. 149. cap. 1. 2. & 3. & disp. 152. cap.

2. Sayr. d. lib. 2. cap. 8. quæst. 2. art. 1. Barthol. ab Angeli de Sacram. Baptismi, §. 8. Cardin. Tolet. in instruct. sacerdot. lib. 2. cap. 21. in princip. Valer. Reginald. in praxi forens. lib. 27. num. 7. Aegid. de Coninck d. tom. 1. quæst. 62. num. 66. Hurtado de Sacram. disp. 1. de Bapt. diffie. 14. vbi diffie. 15. quærit à quo tempore Baptismus cœperit esse necessarius necessitate mediij. b Aut eius voto.] Illum dici habere Baptismus in voto, qui facit aliquid in quo continetur votum, & propositum Baptismi suscipiendi, resoluit Bonacin. de Sacram. disp. 9. 2. punct. 2. num. 2. Et dicit Paul. Layman in Theologia moral. lib. 5. de Sacram. tract. 2. cap. 6. num. 6. vers. dice 2. per actum contritionis, ac dilectionis Dei super omnia, in qua coniunctur etiam propositum, seu votum saltem implicitum seruandi mandata Dei, & consequenter in noua lege recipiendi Sacramentum Baptismi, (si eius suscipiendi copia sit) hominem adultum verè à peccatis iustificari, & ius adoptionis filiorum Dei consequi.

De

De necessitate preparationis ad iustificationem in adultis, & unde sit.

CAPUT V.

1. Necessitas preparationis ad iustificationem in adultis.
2. Conversio mentis in Deum unde sit.

a Infra Canon. 3.
b Procl. lib. 2. de voc. gen. c. 28. & 29.
c Zach. 4.
d Joel. 2. c. convertimini, de pen. d. 2. d. Th. 5.
e Hier. in sup. orationis & c. 51.

Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut, qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, disponantur: ^a ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui ^b illam & adijcere potest, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris litteris, cum dicitur: ^c Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondeamus: ^d a. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur.

1. Vnde Sot. in 4. dist. 4. quæst. 2. art. 5. col. 10. Nauarr. in man. cap. 2. num. 39. Baldun. in. super opera contro- uers. Bellarm. p. 2. lib. 5. cap. 3. vers. quæstio secunda, Agid. de ConincK. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 4. n. 34. Moltes. in summ. Theologia moralis, tract. 1. cap. 8. num. 38.
2. a. Conuerte nos Domine ad te.] Quidam Scholastici putant posse hominem se sufficienter per actiones naturales disponere ad obtinendam gratiam, ita Durand. in 2. dist. 28. q. 5. Gabr. etiam in 2. dist. 28. q. vnic. & in 4. dist. 14. quæst. 2. art. 2. Sed contrarium est asserendum, nam conuersio mentis in Deum, per quam homo iustificatur, debet esse ex actibus supernaturalibus, vt patet ex Conc. Mileuit. can. 4. Arausic. can. 7. 23. & 25. Irenæo lib. 4. cap. 28. Cyprian. lib. 2. epist. 2. & lib. 3. ad Quirin. cap. 4. August. lib. de prædestinat. Sanctorum, cap. 3. Ambros. lib. 2. in Lucam, cap. 3. Hieron. cap. 63. in Isai.

Modus preparationis.

CAPUT VI.

1. Dispositio hic non de dilectione perfecta Dei super omnia, sed de imperfecta, qua amatur Deus ex amore concupiscentiæ, vt bonum nostrum intelligitur.

a Penitentia aliqua, seu dolor animi ex motu supernaturali susceptus de peccatis necessario re-

quiritur ad consequendam iustificationem primam in sacramento Baptismi, & Penitentia. ibid.

2. Penitentia orta ex timore diuina iustitiæ, bona est.

3. Iustificari non potest homo de potentia ordinaria absque actu penitentia.

Homo potest iustificari de potentia Dei absoluta. ibid.

Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata, & promissa sunt, atque illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes, & à diuina iustitiæ timore, quo uoliter conuertuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore: illumque, tanquam omnis iustitiæ fontem, diligere incipiunt: ac propterea mouentur ^a aduersus peccata per odium aliquod: & detestationem, hoc est, per eam penitentiam, & quam ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est: ^b Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et, ^c Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, ^d Timor Domini expellit peccatum. Et, ^e Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, in remissione peccatorum uestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Et, ^f Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare, quæcumque mandauimus uobis. Denique ^g præparate corda uestra Domino.

a Infra c. 14. scilicet. c. 4. de contritione.
b Hebr. 11.
c Marc. 1. & Math. 9.
d Ecd. 1.
e Act. 2. cap. agut, & cap. proptit, de consec. dist. 4. f. Math. vii. Luc. 24. cap. prima, cap. si qua, & c. pro prie, de consec. dist. 4. g. 1. Reg. 7.

1. **D**isponuntur autem ad ipsam iustitiam] Vide Paul. Fusc. de uisitat. lib. 1. cap. 18. num. 11. in fine. Vasquez disp. 203. num. 98. ubi nomine dispositionis, quam Concil. in presenti numerauit inter dispositiones, non intelligi dilectionem perfectam Dei super omnia, sed imperfectam, qua amatur Deus ex amore concupiscentiæ, vt bonum nostrum. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de penit. lib. 1. q. 53. in princ. Baldun. super opera contro- uers. Bellarm. part. 2. lib. 5. c. 3. vers. quæstio. Agid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 2. dub. 6. num. 36. Bonacin. de Sacram. disp. 5. q. 5. scilicet. 1. punct. 8. à princ. Moltes. in summ. Theolog. moralis, tract. 1. cap. 6. num. 4. vers. assertio 2. & tract. 6. cap. 1. num. 5. Ioan. de Lugo de Penitent. disp. 5. scilicet. 8. num. 123. &

disp. 8. scilicet. 4. num. 99. & 100. Hurtado de Sacram. disp. 4. de Bapt. diff. 4. prop. 5. & diff. 5. in princ. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 2. num. 7. & dub. 6. num. 1.

^a A diuina iustitiæ timore, quo uoliter conuertuntur.] Ergo penitentia, quæ ex hoc timore oritur, bona est, vt per Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de penitentia lib. 1. quæst. 43.

^b Quam ante Baptismum agi oportet.] Vide Nauarr. in man. cap. 1. à nuu. 38. & in cap. ult. de penit. dist. 7. num. 10. Henriquez in summ. lib. 1. cap. 22. § 5. Sot. de Sacram. disp. 7. scilicet. 4. §. occurrebat. Agid. de ConincK tom. 1. quæst. 62. art. 1. dub. 2. à num. 31. Paul. Layman in Theolog. moralis, tract. 1. cap. 6. num. 4. vers. assertio 2. & tract. 6. cap. 1. num. 5. Ioan. de Lugo de Penitent. disp. 5. scilicet. 8. num. 123. &

Non posse hominem de potentia ordinaria iustificari absque actu penitentia, patet ex Act. 3. Penitentiam, & conuertimini, ut deleantur peccata uestra: & ex Ezech. 18. Con-

Convertimini, & agite poenitentiam, refertur in cap. agunt, & in cap. propriè, de consec. dist. 4. & ex Luc. 13. Si poenitentiam non habueritis: simul omnes peribitis. docent S. Thom. part. 3. quæst. 86. art. 2. vbi Nugn. dub. 1. conclus. 2. & 3. & Soar. dist.

6. sect. 1. assert. 1. Henriquez in summ. lib. 4. c. 21. §. 1. Valent. tom. 4. dist. 7. q. 3. punto 2. in princ. pater resolutentes, de poenitentia Dei abioluta posse hominem iustificari à peccato mortali absq; vlla penitentia, modò cesset actus peccati.

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ.

CAPVT VII.

1. Dispositionis nomine Concilium eam intelligit, quæ disponit, & requiritur ad effectum Sacramenti suscipiendum.

Spiritus sanctus dat gratiam iuxta mensuram dispositionis, & cooperationis hominis. ibid.

In iustificatione adulatorum, quæ fit in Baptismo, vnusquisque recipit gratiam secundum propriam dispositionem & cooperationem hominis. ibid.

2 Vnica, exclusiua dictio, quid operetur.

3 Christus est habitus infusus, & non actus solùm.

Hanc dispositionem, seu preparationem iustificatio ipsa consequitur: quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, vt sit hæres secundum spem vitæ æternæ, Huius iustificationis causæ sunt, finalis quidem gloria Dei & Christi, ac vitæ æternæ: efficiens verò, misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctificat, signans, & vngens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ; meritoria autem, dilectissimus vnigenitus suus, Dominus noster, Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter niuiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit: instrumentalis item, sacramentum Baptismi: quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli vnquam contingit iustificatio: demum & vnica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua videlicet, ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ: & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus iustitiam in nobis recipientes vnusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem; *quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissime passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atq; ipsis inhaeret, vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inferitur, fidem, spem, & charitatem.* Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit, quæ ratione verissimè dicitur, Fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse. Et, In Christo Iesu neque Circumcisionem aliquid valere, neque preputium: sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præstantem, quam sine spe, & charitate fides præstare non potest, vnde & statim verbum Christi audiunt: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram, & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam pro illa, qua Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donaram, candidam & immaculatam iubentur statim renati conseruare, vt eam perferant ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

a 1. Cor. 6.
b Tit. 5.
c Ephes. 1.
d Ephes. 2.
Roman. 5.

e Ephes. 2.
Roman. 4.
f Cap. nihil est, de conf. dist. 4.
g 1. Cor. 12.
Ephes. 4.

h Philipp. 3.
i Rom. 5.

k Infra c. 10.

l Iacob 2. in fin.
m Galat. 5. & 6. c. Circumcisio de penit. dist. 2.
n Matth. 19.

o Lucæ 15.
c. quomodo renouari, de peccat. dist. 2.

1. **H**anc dispositionem, seu preparationem, &c. Vide Nauarr. in man. cap. 11. num. 13. ad fin. Torrelblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 2. num. 10. Barthol. à S. Fausto de Poenit. lib. 3. q. 24. vers. tandem, Aigid. de Sacram. & censuris, tom. 1. q. 62. art. 4. dub. vnic. num. 128. & quæst. 69. num. 8. & tom. 2. dist. 2. dub. 2. num. 17. & dub. 10. num. 8. cum seqq. Fr. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 2. dub. 3. conclus. 1. reg. 1. Mollet. in summ. Theologia moralis, tract. 1. c. 8. num. 29. & tract. 4. cap. 1. num. 77. Filluc. in quæst. moral. tom. 1. tract. 1. de Sacram. cap. 6. num. 94. 95. 96. & tract. 10. num. 97. & 133. Ioan. de Lugo de Sacram. in genere, dist. 9. sect. 5. num. 74. vbi num. 75. ait, nomine dispositionis Concilium intelligere non quidem eam, quæ disponit ad Sacramentum, sed quæ disponit, & requiritur ad effectum Sacramenti suscipiendum, idem Ioan. de Lugo in tract. de Poenit. dist. 8. sect. 4. num. 99. cum seqq. Barthol. de S. Fausto tom. 3. tract. de Poenit. lib. 3. quæst. 95. vbi ait, docere hunc text. Spiritum sanctum dare gratiam iuxta

mensuram dispositionis, & cooperationis ex parte hominis. Hurtado de Sacram. dist. 3. de Sacram. in genere, dist. 5. vers. sed horum, vbi ait, in iustificatione adulatorum, quæ fit in Baptismo, vnusquisque recipere gratiam secundum propriam dispositionem & cooperationem. & dist. 4. de Baptismo, dist. 3. vers. quod verò, & de Poenit. dist. 2. dist. 5. *¶ Vnica est causa formalis, &c.* Vide Hurtado de Sacram. tract. de Poenit. dist. 2. dist. 7. in vers. Tridentinum, vbi dicit illam particulam, vnica, quæ exclusiua est, tantum excludere iustitiam increatam Dei, & fauorem aliquem extrinsecum Dei, non pluralitatem formarum, quæ nobis insunt, quarum quælibet sit sufficiens ad iustificationem.

¶ Quamquam enim nemo possit esse iustus, &c. Vide Vazq. in 2. part. S. Thomæ tom. 2. dist. 231. num. 37.

¶ Vnde in ipsa, &c. Vide Azor. instit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 3. q. 3. vbi quod charitas est habitus infusus, & non actus solùm.

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iustificari.

CAPVT VIII.

1 De conuersione hominis ad Deum, & num. 2.

3 Actus ad gratiam habitualement, seu ad iustificationem disponentem, qualis esse debeat.

Roman. 9. **C**um verò Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesie Catholice consensus tenuit, & expressit: vt scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humane salutis initium, fundamentum, radix omnis iustificationis: sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire: gratia autem iustificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quae iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur: si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia.

Hebr. 11.
Infra cap. 9.

Roman. 11.
Ephes. 2.
Tit. 3.

1. **V**ide Trullench in Decalog. lib. 1. c. 1. dub. 2. num. 3. Ad Actiones, quibus ad Deum conuertimur, actiue conuerti cum auxilio Dei supernaturali, docent August. serm. 13. de verbis Apost. Ambros. lib. 2. in Lucam, cap. 3. Hieron. in c. 1. ad Ephes. August. lib. 2. de peccat. mort. & remiss. cap. 1. & lib. de correctione, & gratia. Homines ad Deum liberè conuerti, probant Ignat. episc. ad Magnetianos, & August. homil. lib. 50. homil. 16. Actum ad gratiam habitualement, seu ad iustificationem disponentem debere esse supernaturalem, seu ex gratia elicatum, nec enim ad Deum potest homo se præparare suis viribus, docent S. Thom. part. 2. quest. 109. art. 6. Bonauent. in 2. disput. 28. art. 2. quest. 1. Dried. de captiu. & red. gener. hum. tract. 4. cap. 2. part. 2. & lib. de concord. cap. 3. Veg. lib. 6. in Trid. cap. 3. cum seqq. & in opus. de iustific. quest. 8.
- a. Cum verò Apostolus dicat, &c. Vide Torreblanca de iure spirit. lib. 14. cap. 1. num. 17. & cap. 6. num. 9.

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

CAPVT IX.

1 Homines non possunt habere certitudinem de sua iustitia, ijs exceptis, quibus Deus specialiter reuelaret.

Tit. 3. **Q**uamuis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa vnquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum; nemini tamen fiduciam, & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est, cum apud Hæreticos, & Schismaticos possit esse, immo nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemque à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò credat se absolutum, & iustificatum esse: atque hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis, & Resurrectionis Christi efficacia dubitet: nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest: cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Infra c. 11.
& c. 13.

Infra c. 14.

1. **I**n hac vita non posse homines habere certitudinem de sua iustitia, ijs exceptis, quibus Deus specialiter reuelaret, docet S. Thom. 2. 2. quest. 11. art. 5. Theologi communiter in 1. sent. dist. 17. Vega lib. 9. in Concil. Trid. Sot. lib. 3. de natura, & gratia, c. 10. cum seqq. Rosent. contra art. 10. & 11. Lutheri, Castr. lib. 7. aduersus hæreses, verb. gratia. Barthol. à S. Faust. tom. 3. tract. de Paris. lib. 3. g. 94. vbi per hunc text. tenet quod nemo potest certitudine infallibili certò scire se habere Dei gratiam iustificationem. Probat ex Apost. ad Rom. 11. O altitudo diuinarum sapientia, & scientia Dei, &c. & ad Rom. 12. Tu autem fide stas, noli alia sapere, &c. & 1. ad Cor. 10. Qui stant, videant ne cadant. & ad Philipp. 2. Cum timore & tremore salutem vestram operamini. & Apoc. 3. Tene quod habes, ne forte accipias coronam tuam.
- a. Quamuis autem necessarium sit credere, &c. Vide Torreblanca de iure spirit. lib. 14. cap. 1. num. 18.

De Acceptæ iustificationis incremento.

CAPVT X.

1 Homo iustus toto tempore vite sue potest in gratia crescere.

Psalm. 38.
Inf. c. 24.
2. Cor. 4. 1 ff.
Coloss. 3.
Rom. 6.

Sic ergo iustificati & amici Dei, ac domestici facti, cunctes de virtute in virtutem renouantur vt Apostolus inquit, de die, in diem: hoc est, mortificando membra carnis, suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesie, in ipsa iustitia

per

Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis iustificuntur, sicut scriptum est: ^c Qui iustus est, iustificetur adhuc. Et iterum: ^d Ne verearis usque ad mortem iustificari. Et rursus: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc verò iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.

Vide Clem. ad nostram, de haer. Hieron. contra Iovinian. August. in lib. de haesib. haesi 82. & tract. 23. super Joannem, S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 4. & 9. Paul. Fufe. de visitat. lib. 1. cap. 18. num. 22. Ioan. de Lugo de Sacrament. in tract. de Paenitent. dist. 24. num. 34.

Hominem iustum toto tempore vite suae posse in gra-

tia crescere, probatur Ezechiel. 18. Prouerb. 4. Eccles. 9. Psal. 83. Apocalyp. ult. & ad Ephos. 4. docent Leo serm. 2. de Quadrag. Hieronym. in cap. 9. Eccles. Prosp. lib. 1. de vita contemplatiua, cap. 8. & 9. & in lib. sententiarum August. sent. 102. August. serm. 15. de verbis Apostoli. & in Psal. 69. & lib. 3. contra duas epistolas Pelagij, cap. 7.

De obseruatione mandatorum, deque illius necessitate, & p[ro]sibilitate.

C A P V T X I.

1 Homo existens in peccato mortali potest habere multos actus bonos, qui nullo modo sunt peccata. 2 Nihil impossibile homini à Deo præcipi.

Nemo autem, quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathema prohibita voce uti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia. ^a Nam ^b Deus ^c impossibilia non ^d iubet, sed ^e iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat, ut possis. ^f Cuius mandata gratia non sunt, cuius ^g iugum suauis est, & onus leue. Qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt: qui ^h autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, seruant sermones eius: quo d. utique cum diuino auxilio præstare possunt. licet enim in hac mortali vita quantumuis sancti, & iusti in leuia saltem & quotidiana, que etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea desinant esse iusti. ⁱ Nam ^j iustorum illa vox est humilis, & verax: Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, ut iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberari iam à peccato, ^k serui autem facti Deo, ^l sobrie, iuste, & piè viuentes proficere possint per Christum Iesum: per quem ^m accessum habuerunt in gratiam istam. ⁿ ^o Deus namque ^p sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se heredem esse constitutum, hæreditatemque consecutum, etiam si Christo non ^q compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, ^r cum esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam, & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicens: Nescitis, quòd ij, qui ^s in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite ut comprehendatis. ^t Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè, cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: ^u Satagite, ut per bona opera certam vestræ vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. ^v Vnde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos qui ita tuunt, in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, ^x cum scriptum sit: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem, & de Mose dicit Apostolus, quòd respiciebat in remunerationem.

1. Vide Soar. de legib. lib. 6. cap. 1. à num. 7. Hieron. Roderic. in compend. quest. regular. resolut. 90. n. 19. vers. 3. Collige ex text. orthodoxæ Religionis doctrinæ illos aduersari, qui dicunt iustum in omni opere bono venialiter peccare, & eos, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare; hominem enim existentem in peccato mortali posse habere multos actus bonos, qui nullo modo sunt peccata, constat ex hac sess. can. 7. & c. 7. & sess. 14. c. 4. & can. 5. & ex Concil. Arauc. cap. 4. & 5. & ex Act. 10. vbi habetur dixisse Angelum Cornelio, Orationes tuas, & elemosyna tuas ascenderunt in memoriam in con-

spectum Dei & tamen eo tempore nondum Cornelius erat iustus, ut docent ibi Theophil. Euthym. & Chrysostom. homil. de fid. leg. natur. in tom. 3. & orat. de Anima tom. 1. ^a Nam Deus impossibilia non iubet.] Nihil impossibile homini à Deo præcipitur, Barthol. à S. Fausto tom. 3. in tract. de Paenit. lib. 5. quest. 14. in 2. p. & tract. de Suffrag. lib. 1. quest. 14. in 2. p. ^b Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit &c.] Vide Ioan. de Lugo de Sacram. in tract. de Paenit. disp. 8. sect. 8. num. 180.

^a Ex August. cap. 43. lib. de nat. & g. ^b Iohann. 7. infra c. 18. ^c Cōc. Arian. 2. c. 27. ^d Vide Hier. in epist. ad Ctesiph. ^e Ioan. 5. ^f Matth. 11. Ioan. 11. ^g Ioan. 14. Conc. Aghri. c. 81. 82. & 83. ^h Conc. Mileuit. c. 7. 8. & 9. ⁱ Matth. 16. Luc. 11. cap. vñ. 25. dist. cap. adhuc & cap. de quotidianis, de pœnit. dist. 3. ^k Rom. 5. ^l Tit. 2. ^m Infra can. 20. ⁿ Rom. 5. ^o Aug. lib. de nat. & gratia 25. & Teo spe sentent. 7. ad c. Gallorum & resp. ad 7. ob Vinc. ^p Rom. 8. ^q Philipp. 2. Hebr. 5. ^r 1. Cor. 9. ^s 1. Cor. 9. ^t 1. Petr. 1. ^u Infra c. 25. ^x Infra c. 21. ^y Ioh. 11. ^z Hebr. 11. 2.

Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse.

C A P V T X I I.

Nemo quoque quamdiu in hac mortalitate viuatur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum: quasi verum esset, quòd iustificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccauerit, certam sibi respicientiæ promittere debeat. nam, nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

Barbos. Collect. in Concil. Trid.

C Vide

infra c. 15. & 16. cap. contrapuntur in ff. 24. q. 3. Ezech. 9. Galat. 3.

Vide Chrysof. homil. 11. in epist. ad Philippens. Hieron. lib. 2. adversus Pelagian. August. lib. 11. de civitate. cap. 12. & in lib. de correct. & gratia. cap. 13. & in lib. de bono perseverantia. cap. 13. Gregor. lib. 6. in 1. Regum. Prosper. lib. 2. de vocat. gentium. cap. vlt. Bernard. serm. 1. de Septuages. & epist. 107. Torreblanc. de iure spirit. lib. 2. cap. 2. num. 18. De divina predestinatione tractant Magist. in 1. sentent. dist. 35. 40. & 41. ibique Doctores, praesertim D. Bonavent. Aegid. Sor. Durand. Ocham, & alij, inter quos novissime Guillelmus à Rubione, Riccard. Tap-

perus art. 7. contra Lutherum. Turrianus in opus. de electione divina. Monca. disput. Theolog. disput. 4. cap. 2. Catherin. lib. 1. de predestinat. cap. vlt. & lib. 2. in fine. Item S. Thom. p. 1. art. 23. cum seqq. ibique Doctores nomores, inter quos Caiet. Soar. Molin. Valent. Vazq. Less. Bafie. Zumel. Becan. in p. 1. cap. 14. & alibi passim, Item Soar. opus. de auxilijs lib. 3. cap. 16. cum seqq. Bellarm. lib. 2. de gratia. & libero arbitrio. cap. 15. Alvarez de auxilijs lib. 5. dist. 34. cum seqq. Pennot. in propugnaculo humanae libertatis lib. 6. cap. 1. cum seqq. & ab ijs citati.

De perseverantia munere.

C A P V T XIII.

^a Matth. 10. & 24. c. fug-
gessu 7. q. 1.
& c. non re-
vertetur
de penit. d. 2.
infra cap. 16.
& 18.
Ezech. 38.
Theffal. 3.
& 2.
1. Cor. 10.
Philipp. 2.
1. Petr. 1. 2.
Rom. 8.

Similiter de perseverantia munere, de quo scriptum est, ^a Qui perseveraverit usque in finem, hic saluus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet, & eum qui cadit, restituere nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine pollicetur: tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut ^b cepit opus bonum, ita perficiet ^c operans velle, & perficere. Veniuntamen qui se existimant stare videant ne cadant, & cum ^d timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigilijs, in elemosynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, & castitate; formidare enim debent, scientes, ^e quod in spem gloriae, & nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quae superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti: ^f Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Nemo sibi certum aliquid pollicetur; quare 1. ^a Timotheum 4. spiritus manifeste dicit, quia in novissimis diebus deficiant quidam a fide; & cap. 6. quam quidam appetentes erraverunt a fide, & 2. ad Timotheum 2. ne forte det

illis Deus penitentiam, & respiciant, Ioh. 2. Quis scit si convertatur, & ignoscat Deus vide Aegid. de Coninck de Sacram. & censuris tom. 2. disput. 2. num. 154. Eminent. de Valle de incantat. & ensalmis, opus. 1. sect. 2. cap. 5. num. 31.

De lapsis, & eorum reparatione.

C A P V T XIV.

I Peccato mortali remisso quoad culpam, necesse est de potentia Dei ordinaria remitti etiam reatum poenae aeternae.

2 Peccato remisso quoad culpam, non semper remittitur totus reatus poenae temporalis.

^a Infra c. 23.
& 29.
^b Hier. tom. 2. in epist. ad Demet. quae incipit, inter omnes fortissimi ex Tertio lib. de penit. c. secunda post naufragium de penit. dist. 6. ^c Item 2. c. Matth. 16. ^d Hinc 50. c. facit. de penit. dist. 1. ^e Ita & Flor. Coec. in decret. Eugenij. ^f Ephel. 4. ^g 1. Cor. 3. ^h Apocal. 2. c. quia sanctitas 50. d. & c. miron. de penit. dist. 1. ⁱ 2. Cor. 17. ^k Marc. 3. & 4. Luc. 3.

Qui vero ab accepta ^a iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per Penitentiae sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim iustificationis modus est lapsis reparatio: quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti ^b Patres apte nuncupaverunt. Et enim pro ijs, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus Sacramentum instituit Penitentiae, cum dixit: ^c Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Unde docendum est, Christiani hominis poenitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali, eaque contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, ^d aut cor contritum, & humiliatum: verum etiam eorundem sacramentalem Confessionem saltem in voto, & tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem per ieiunia, elemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitae exercitia: non quidem pro poena aeterna; a qua vel Sacramento, vel Sacramenti voto vna cum culpa remittitur, ^e sed pro poena temporalis: quae, ut sacrae litterae docent, non tota semper, ut in ^f Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiae Dei quam ^g acceperunt ingrati Spiritum sanctum contristaverunt, & ^h templum Dei violare non sunt veriti. ⁱ De qua poenitentia scriptum est: Memor esto vnde excideris: age poenitentiam, & prima opera fac. Et iterum: ^j Quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus: ^k poenitentiam agite, & facite fructus dignos poenitentiae.

Vide Iodoc. Coec. in thesauro Cathol. tom. 2. lib. 7. art. 1. Sayr. de Sacrament. in genere, lib. 2. cap. 2. q. 8. art. 3. vers. quo supposito. Onupht. dist. 3. de poenit. sect. 2. quasi. vlt. circa fin. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 3. c. 3. q. 32. vers. mortale, & tract. 5. c. 15. q. 92. Moltes. in summ. Theologiae moralis, tract. 1. c. 8. num. 25. & tract. 7. c. 6. nu. 42. Ioan. Sanc. in select. dist. 40. n. 5. Ioan. de Lugo de Sacram. tract. de Poenit. dist. 14. sect. 7. n. 50. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 10. num. 23. cum seqq. Filluc. in quest. moralib. tom. 1. tract. 6. num. 82. Iul. Laur. de Indulgent. p. 2. c. 3. nu. 33. cum seqq. & cap. 5. num. 29. ubi ait regulanter in poeni-

tentia imponenda esse opera poenalia, quales sunt orationes, elemosynae, & ieiunia.
^a Qua vel Sacramento, vel Sacramenti voto, &c.] Remisso peccato mortali quoad culpam, necesse esse de potentia Dei ordinaria remitti etiam reatum poenae aeternae, tradunt Card. Bellarm. Henriquez, Aegid. de Coninck, & alij, quos refert Bonacin. de Sacram. dist. 5. q. 6. sect. 1. punto 4. num. 1.
^b Sed pro poena temporalis, &c.] Vide Fr. Emman. in expli- cent. Bulla Cruciat. fund. 1. fol. 1. Aegid. de Coninck de Sacram. & censur. tom. 2. dist. 4. n. 23. Barthol. & Faust. in tract. de

episcopus, tom. 2. disput. 4. num. 23. Barthol. à S. Fausto in tract. de suffrag. lib. 1. g. 14. in fine, ubi dicit hunc text. docere, satisfactionem non fieri poena aeterna, quae cum culpa remittitur, sed pro temporalis. Remisso enim peccato quoad culpam, non semper remitti totum reatum poena

temporalis, docent S. Thom. p. 3. quaest. 86. art. 4. ubi Nagn. versum hoc artic. Card. Bellarm. lib. 4. de poenit. cap. 2. Zerol. de poenit. cap. 2. g. 16. Bonacin. d. puncto 4. num. 2. ubi num. 3. querit, vtrum reatus poenae temporalis, qui dimisso peccato remanet, semper sit aequalis?

DE REFORMATIONE.

De Residentia Praelatorum in suis Ecclesijs.

CAPVT PRIMVM.

- | | |
|---|--|
| 1 Doctores de residentia Praelatorum agentes. | 6 Residere tenetur Episcopus, qui habet Ecclesiam in loco, ubi omnes incolae totius diocesis sunt schismatici. |
| 2 Constitutiones de residentia agentes. | 7 Alternativa non gaudet Episcopus non residens in sua diocesi, etiam ex causa a Concilio approbata. |
| 3 Animarum cura est onus Angelicis humeris formidandum. | 8 Episcopo, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia. |
| 4 Episcopi ad Episcopalem dignitatem quales esse debeant. | |
| 5 Episcopi ut resideant curare debent Metropolitanis. | |

EADEM sacrosancta Synodus, eisdem Praesidentibus Apostolicae Sedis Legatis, ad restituendam collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, deprauatosque in clero, & populo Christiano mores emendandos se accingere volens, ab ijs, qui maioribus Ecclesijs praesunt, initium censuit esse sumendum, integritas enim praesidentium salus est subditorum. Confidas itaque per Domini, ac Dei nostri misericordiam, prouidamque ipsius Dei in terris Vicarij solertiam omnino futurum, ut ad Ecclesiam regimen, a onus quippe Angelicis humeris formidandum, qui maxime digni fuerint, & quorumque prior vita, ac omnis aetas, a puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos per disciplinae stipendia Ecclesiasticae laudabiliter acta testimonium praebeat, secundum venerabiles beatorum Patrum sanctiones assumantur: omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs quibuscumque, quouis nomine, ac titulo, praefectos monet, ac monitos esse vult, ut attendentes sibi & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo vigilent, sicut Apostolus praecipit, in omnibus laborent, & ministerium suum implent: implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarum, & quarum sanguis de eorum est manibus a supremo iudice requirendus, custodiae minime incumbant: cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiantur, qui propriae etiam salutis immemores, terrenaeque caelestibus, ac diuinis humanae praeserentes, in diuersis curijs vagantur, aut negotiorum temporalium sollicitudine, ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos: placuit sacrosanctae Synodo antiquos canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in defectu abierunt, aduersus non residentes promulgatos inuolare: quemadmodum virtute praesentis decreti innotuit: ac vterius, pro firmiori eorumdem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc qui sequitur, modum statuere, atque sancire, Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, causa, nomine, seu iure, commissa, quacumque ille dignitate, gradu, & praesinentia praesulgeat, legitimo impedimento, seu iustis, & rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diocesim morando abfuerit: quarta partis fructuum vnus anni, fabricae Ecclesiae, pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, penam ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia persequeretur, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente verò contumacia, ut seueriori sacrorum canonum censurae subijciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, poena interdicti ingressus Ecclesiae eo ipso incurrenda infra tres menses per literas, seu nuncium Romanum Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, supremam Sedis auctoritate animaduertere, & Ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

4 Cap. in sacerdotibus, & c. Episcopus 61. d. 11. c. fin. 19. d. 11. c. infra sess. 24. de reformat. c. 1. b. Act. 20. c. 2. Tim. 4. Ioan. 10. c. si rector. 43. d. 11. c. aduersus 7. q. 1. cap. nisi, de renunc. d. Ezzech. 33. & 34. Act. 20. Ephes. 4. d. 11. c. 13. q. 1. & infra c. sess. 24. c. 1. in fin. de reformat. f. Cap. etuenit, c. mult. seg. 6. q. 1. de cler. non resid. per totum. & cap. cum ex eo. de elect. in 6. * iniuria. g. vide sess. 23. cap. 1. de reformat. ubi causa subindicatur. b. Cap. ext. de cler. non resid. c. quoniam. 6. porro vtr. lite non contest. i. infra sess. 23. de reformat. c. 1. & a. k. Cap. ex parte. de elec. non resid.

Vide Salzed. ad Bernard. in pract. c. 54. lit. C. in princ. in nouiss. edit. Marc. Anton. Genouen. in manuali pastorum. c. 31. Vaso. in opusc. moralib. cap. 4. §. 2. dub. 4. num. 151. Armend. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 2. tit. 13. l. 2. §. 2. sub tit. vtrum Episcopus possit se absentare à suis Episcopo eius, vel debeant in eis residere. Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 1. à num. 687. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 3. num. 29. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 20. tract. 3. num. 58. Sanctatel. var. resolut. quest. 4. Vgolini. de officio, & potest. Episcopi. cap. 1. §. 13. Meuspium in simili tract. p. 3. alleg. 53. & infra in collect. ad sess. 23. de reform. cap. 1. Barbof. Collect. in Concil. Trid.

Super residentia Praelatorum, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium emanauit constitutio Pij IV. incip. In suprerna, sub dat. Kal. Decemb. 1564. Item super executione Concilij, & litterarum eiusdem Sanctissimi contra Archiepiscopos, Praelatos, & alias personas Ecclesiasticas non residentes in eorum Ecclesijs, emanauit alia Constitutio eiusdem Pij IV. sub dat. 11. Maij 1565.

a. Onus quippe Angelicis humeris formidandum. Vide S. Bernard. ser. 3. de aduentu Domini, & de consid. ad Eugen. lib. 1. in princ. & ad Episcopum Londonian. epist. 24. & ad Card. C. 2. epist.

epist. 2. 3. & 6. Metipsum de officio, & potest. parochi cap. 3. vbi ex multis sacrae Scripturae locis, & SS. Patrum testimonijs ostendi grauitate formidandi oneris, quod pascuū huiusmodi imponitur, dum illis animarū cura committitur.

4. *¶ Quorumque prior vita, &c.*] Prouidet sancta Synodus primum in genere, ad Episcopalem dignitatem eligendos non esse, nisi quorum prior vita, ac omnis aetas à puerilibus exordijs vsque ad perfectiores annos esset cognita, & per Ecclesiastica disciplina stipendia laudabiliter peracta probata, vt per Stephan. V. veyms ad constitutiones 24. ab antiquo iure desumptas, & per Concil. Trident. innovatas constit. 2. num. 2. pag. 18.

¶ *Quarum sanguis de verum est manibus, &c.*] Refert Ioseph. Vela de Episcoporum potestate circa inquirenda & puniendae crimina, p. 1. num. 13.

¶ *Si quis à Patriarchali, &c.*] Vide Azor. insit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 41. num. 9. vbi dicit & loquitur de obligationibus incumbentibus Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis incumbentibus, quæ nequaquam ab illis impleri & praestari poterunt, qui gregi suo non vigilant, Fr. Emman. in addit. ad Bullam Cruciatam p. 2. fol. mibi 215. verso, metipsum de off. 10. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 53. num. 5.

¶ *Metropolitani suffraganeos, &c.*] Ad Metropolitanum, vel, in eius absentia, ad Episcopum antiquiorem, pertinere curare, vt Prouinciales Episcopi in suis Ecclesijs commorentur, & super eorum absentia inquirere, notant Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. sub tit. vtrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus, num. 5. & 6. Ego ipse d. allegat. 53. num. 5. in fi-

ne, & me citato, in illo loco Sanctarel. var. resol. g. 4. num. 7.

Residere tenetur Episcopus, qui habet Ecclesiam in loco vbi omnes incolae totius diocesis sunt schismatici, & ideo incorrigibiles, vt nulla adsit spes proficiendi apud illos, ita Aldan. in compendio canonice. resol. lib. 1. tit. 4. num. 11. vbi refert decimum sub die 2. Septembris 1617.

Episcopum non residentem in sua diocesi, alternatiua non gaudere referunt decimum Galet. in margarita casuum conscient. verb. Episcopus, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 156. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore. Eccles. decif. 540. in 1. est aliàs resol. 462. in 2. edit. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. num. 84. Etiam si abfit ex causa à Concilio approbata, vel alias pro exercitio sui officij, prout Sanctissimum respondisse referunt Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 1. num. 463. Ioan. Anton. Massobr. in sua praxi habendi concursus, pral. 23. dub. 3. in vlt. impressi. Ego ipse d. alleg. 53. num. 35. & in tract. de Canonice. cap. 14. num. 23. Quia particula, verè, quæ ad praesens reperitur, in modernis regulis Cancellariae veram praecise requirit residentiam, vt docent Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 467. Monet. de opione canonice, c. 3. num. 79. Ego ipse d. c. 14. num. 23.

Episcopo, qui ob eius absentiam amittit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia? Vide Aloyf. Ricc. in d. praxi fol. 382. Monet. de distrib. quotid. cap. 3. §. 3. num. 95. metipsum d. alleg. 53. ex num. 36. & me citato, in illo loco Ioan. Anton. Massobr. d. pralud. 23. dub. 4. secundum Rom. nam impress. latè Rot. in Papien. beneficij 10. Aprilis 1617. coram bona memoria Martino Andrea, quam ad litteram refert d. allegat. 53. à num. 45. & Ioan. Anton. Massobr. d. pralud. 23. dub. 2. à num. 5.

De Residentia in Ecclesiasticis beneficijs.

C A P V T I I

- 1 Doctores de residentia in beneficijs Ecclesiasticis agentes.
- 2 Beneficium simplex obtinentem non potest Episcopus cogere personale aliquod seruitium impendere.
- 3 Ordinarijs non datur facultas dispensandi in residentia.
- 4 Residere quibus penis, & iuris remedijs cogantur beneficiarij.
- 5 Abbas Commendatarius SS. Vincentij & Anastasi

si non tenetur residere.

6 Papa dat facultatem non residendi ad biennium, quinquennium, &c. ex iusta causa.

& percipiendi quotidianas distributiones, etiam si non intersit dimis. ibid.

& nequis personaliter cogatur residere in altero beneficio incompatibili quod habet. ibid.

7 Causa rationabiles ex quibus abesse possunt beneficiarij, remissiuè.

E piscopis inferiores, quænis beneficia Ecclesiastica & personalem residentiam de iure, siue consuetudine exigentia, in titulum, siue commendam obtinentes, ab eorum Ordinarijs, quemadmodum eis pro bono Ecclesiarum regimine, & diuini cultus augmento locorum, & personarum qualitate pensata, & expediens videbitur, opportunis iuris remedijs, & residere cogantur: & nullique priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis, suffragantur. Indulgentijs verò, & dispensationibus temporalibus, ex veris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordinario legitime probandis, in suo robore permansuris, quibus casibus nihilominus officium Episcoporum, tanquam in hac parte à Sede Apostolica delegatorum, prouidere, vt per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruè portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quo ad hoc, priuilegio, seu exemptione quacumque suffragante.

a cap. suo de reb. in 6.
b c. cum ex eo. de elect. in 6. c. beneficii, de reg. eo lib. & inf. fess. 7. cap. 5. & 6. de reform.

1. **V** ide Mandos. de signatura gratis tit. de dispensat. de non residendo. Horat. Luc. de priuileg. scholast. priuileg. 98. Matth. Soarez in practica, & ordine visitandi, cap. 3. num. 5. Salzed. ad Bernardic. 54. littera C. vers. illi. Franc. Leo in thesauro fore. Eccles. p. 2. cap. 2. num. 62. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 2. tit. 23. de residentia, sub rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem, teneantur residere in suis Ecclesijs, & sub rub. sed an parochi debeant residere in suis curatis; metipsum de officio, & potest. Episcopi, cap. 8. de residentia parochorum & in tract. de Canonice, cap. 20. de residentia Canonice, & quibus penis puniantur non residentes.

2. **E**t personalem residentiam de iure, vel consuetudine, &c.] Et ideo beneficia simplicia obtinentem non posse Episcopum cogere personale aliquod seruitium impende-

re, cum ex antiquissima totius Ecclesiae consuetudine non teneatur, refert decimum Pafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 32.

¶ *Expediens videbitur.*] Per hæc verba non dari facultatem Ordinarijs dispensandi à residentia ex quavis ratione, refert decimum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de residentia parochorum num. 201.

¶ *Residere cogantur.*] Quibus autem penis, & iuris remedijs, dixi d. tract. de officio, & potest. parochi, cap. 8. num. 67. cum segg. & d. tract. de Canon. c. 20. ex num. 15. & infra latius in collect. ad fess. 23. de reform. cap. 1.

Abbas commendatarius SS. Vincentij, & Anastasij Amandulæ Firman. diocesis Ordinis S. Benedicti non tenetur residere in ea, quamuis illa curam habeat animarum.

marum secularium; sed huiusmodi cura est exercenda per vicarium Presbyterum secularem, ab Ordinario approbandum, vt refert decretum Aldan. in compend. canon. resol. lib. 1. tit. 5. num. 3.

Nullique priuilegia, seu indulta, &c.] Vide Paul. Comitol. respod. moral. lib. 1. quest. 60. num. 6. Stephan. VVeyms d. loco numer. 2. vbi ait Concilium voluisse, vt si qui fuerint, qui haberent indulta, vel temporalia, vel perpetua de non residendo, vel de fructibus in absentia percipiendis, quod illa minime suffragentur: si qui vero habeant temporalem indulgentiam, vel dispensationem ex veris, & rationabilibus causis concessam, quod patitur illam in suo robore permanere, sed ita demum si cause eadem fuerint coram Ordinario legitime probate. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 1. num. 32. vbi resoluit per clausulam generalem in praxi Concilij verbis non fuisse derogatam Eugentiam confirmationem concessam Vniuersitatibus studiorum; quam refert, & explicat Sanctare. var. resol. quest. 16. num. 2. & 3. vbi num. 4. respondet, in hoc decreto tolli priuilegia, & indulta perpetua de non residendo, & de fructibus in absentia percipiendis, vt aperte indicatur illis verbis, indulgentijs quoque, & dispensationibus temporalibus, &c. at priuilegium, quod conceditur Vniuersitatibus, non est perpetuum, sed temporale, quando scilicet

scholasticus, & Magister studet, & docet in illis, & propterea dicendum est per Concilium non tolli priuilegium concessum Vniuersitatibus.

Indulgentijs vero, & dispensationibus temporalibus in suo robore permanentibus.] Papa enim potest dare facultatem non residenti ad biennium, quinquennium, vel in perpetuum ex qualibet iusta causa, cap. licet canon. de elect. in 6. Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. de non resident. num. 19. & 53. & in concord. rub. de collat. §. gloss. residentia. vers. quare 1. Valenzuela conf. 4. num. 158. vbi num. 159. subdit quod ex priuilegio, aut dispensatione Papali concedi potest vt quotidianas distributiones quis possit percipere, etiam si non interfit Diuinis. Et addit Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Tridentin. in nouatis const. 6. num. 2. post Rebuffium quod Pontifex potest dispensare, & dispensando veniam dare, ne quis personaliter cogatur residere in altero beneficio incompatibili, quod habet, est enim iuris positum necessitas residendi, &c.

Rationalibus causis.] Quae autem sint, dixi in collect. ad 7. sess. 23. de reformat. cap. 1. & de officio, & potest. parichi, cap. 8. ex num. 46.

Vi per deputacionem idoneorum Vicariorum, &c.] Vide Campan. in diuersis iuris canon. rub. 7. c. 6. n. 116. & infra in collect. ad sess. 7. de reformat. c. 7. & sess. 25. etiam de reformat. cap. 16.

Excessus secularium Clericorum, & Regularium agentium extra monasteria, ab Ordinario loci vt deputato a Sede Apostolica corrigantur.

C A P V T I I I.

- 1 Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris, si delinquit, puniri potest ab Ordinario.
- 2 Religiosus manens de Superioris licentia sub regulari obseruantia in aliqua grangia sui monasterij, si delinquat, non ab Ordinario, sed a suo superiore puniri debet.
- 3 Regularis, si cum scandalo delinquat in officio, ad quod ab Ordinario loci deputatus fuit, potest ab eodem puniri.
- 4 Canonicus regularis iussu sui superioris degens in adibus parochialis Ecclesiae, suae Congregationi vnita, si delinquat, a quo puniendus.
- 5 Episcopus potest visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra, occasione docendi doctrinam Christianam.
- 6 Extravaag. cum Matthaeus 3. de heret. inter communes, non corrigitur per hoc decretum.
- 7 Punio, & correctio Regularium delinquentium cum scandalo extra monasteria, an per censuras ab Ordinario sit facienda.

Eccliarum Praelati ad corrigendum subditorum excessus prudenter, ac diligenter intendant: & nemo secularis Clericus, * cuiusvis personalis, & vel Regularis, & extra monasterium degens, & etiam sui Ordinis priuilegijs a praetextu tutus censeatur, quo minus, si deliquerit, ab Ordinario loci tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum canonicas functiones visitari, & puniri, & corrigi valeat.

Vide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 20. num. 16. Campan. in diuersis iuris Canon. rub. 12. c. 13. a princip. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 1. decis. 223. num. 4. & part. 4. decis. 231. late Joseph Vela de potestate Episcopi, circa inquirenda & punienda crimina part. 1. num. 35. cum segg. & a num. 1. Tambur. de iure Abbatum tom. 3. dist. 5. quest. 11. num. 61. & num. 87. incipsum de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 105. num. 14. cum segg.

Eccliarum Praelati, &c.] Textum istum, dum tribuit Praelatis iurisdictionem corrigendi excessus subditorum, intelligi concessisse Praelatis Regularium priuatiue ad Ordinarium, & tenent Pute. decisione 239. alias 238. in nouis, libro 3. Menoch. de praesumpt. libro 2. praesumpt. 18. numero 22. Cened. ad decretal. collect. 87. numero 4. vers. secundo.

Vel Regularis.] Etiam Militia. S. Ioannis Hierosolymitanae, sicut tenet Nauar. conf. 21. incip. An Militia S. Ioannis, sub tit. de Regular. in antiq. alijs conf. 12 in nouis, Sayr. in floribus decis. sub. eodem tit. decis. 26. Malcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 42. num. 21. cum segg. Lauret de Franchis de controuers. inter Episcop. & Regul. q. 5. num. 2. & q. 6. vers. septimo fallit, Lezana in summ. quest. Regul. cap. 11. num. 8. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 2. art. 4. & quest. 62. artic. 7. vers. quinto. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 3. collect. 503. vers. Amplia primo, & d. part. 4. decis. 231. nu. 3. Barbof. Collect. in Concil. Triad.

Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. quest. 3. Campan. d. cap. 13. num. 22. Hieron. Roder. in compendio quest. regul. resol. 82. num. 11. Nouarin. de elect. fori sect. 2. quest. 69. num. 11. in ultim. impress.

Extra monasterium.] Regularem manentem extra claustrum de licentia superioris, etiam in domo deputata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem uiuat sub superiore coeuentualiter, si deliquerit, posse puniri ab Ordinario, refertur decretum Praefec. in praxi Episcopi part. 2. cap. 3. num. 42. Campan. d. cap. 13. num. 22. in fine. Ego ipse d. alleg. 105. num. 16. Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap. 59. num. 2. ad fin. Chiarin. controuers. forens. lib. 1. cap. 50. nu. 6. Aduerte, quod hodie secundum decreta S. Congr. Concil. de celebrat. Missarum sub dat. Roma 21. Junij 1625. Monasteria, Conuentus, & alia Religiosorum loca, in quibus duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & conuenis elemosynis, detractis omnibus detrahendis, sustentari non poterunt, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimode iurisdictioni, etiam si nunquam deliquerint, subiecta esse intelliguntur.

Si vero Religiosus aliquis manserit de superioris licentia sub regulari obseruantia in aliquo membro, vel grangia sui monasterij pro Religiosis seruitio, C 3 delin.

* Fortè legendum, vel cuiusvis ordinis regularis.

a Infra sess. 23. de reformat. c. 1. & 42. sess. 14. c. 4. & 5. de reformat.

1.

2.

delinquat, non ab Ordinario; sed à suo superiore puniri debet, secundum formam c. 14. infra sess. 25. de regular. quia cum huiusmodi super illi possit dare licentiam, sess. 25. cap. 4. & dicta loca sint membra dependentia à suis monasterijs, censentur eodem iure, & gaudent priuilegijs suorum monasteriorum, cap. recedentes. §. ceterum, de statu monach. ita Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 231. num. 4. Ego ipse d. alleg. 105. num. 17. Clarin. d. e. 50. num. 8.

3. Regularis, qui dum extra claustra de licentia sui superioris degit, ab Ordinario loci deputatus sint alicui officio exercendo, & in eo cum scandalo deliquit, ab eodem Ordinario puniri potest ex hoc decreto, ita Ardan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 6. num. 3. vbi refert ita decifum 14. Februarij 1585.

4. Canonicus regularis iussu sui superioris degens in aedibus parochialis Ecclesie suae Congregationi unitae, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta administrat, si delictum non concernens curam animarum, nec Sacramentorum administrationem, commiserit, non potest ab Episcopo puniri vigore huius decreti, quasi extra monasterium degat, ita Aldan. d. loco, vbi dicit ita fuisse resolutum 8. Februarij 1601.

Episcopus potest visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam, ex Aldan. d. tit. 6. num. 4. vbi ait, sic decifum fuisse in Manilen, de anno 1626. quod non habere locum in Patribus Societatis I E S V, qui munere docendi doctrinam Christianam funguntur, dum tamen habeant illis in locis superiores, qui curam ipsorum gerant, & apud quos se recipiant, iuxta regulam institutum viuentes, tenuit Aldan. vbi supra nu. 5. asserens ita decifum in vna Limen. 10. Iunij 1591.

5. Etiam sui Ordinis priuilegijs praetextu.] Textum in Extrauag. cum Mattheus 3. de heret. inter communes, non corrigi per hoc Concilij decretum testatur Cened. ad Sextum collectan. 14. num. 3. cum seqq.

6. Puniri, & corrigi valent.] Non tamen per censuras, vt existimantur Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 33. num. 22. & 23. & in praecpta Decalogi lib. 6. cap. 1. num. 14. Ludouic. Miranda in manu. Pralat. tom. 2. quest. 35. art. 11. Portel. in addit. ad dub. regularia, verb. Episcopus, num. 5. Fr. Emman. in addit. summ. tom. 3. cap. 105. num. 2. Villalob. §. 2. summ. tract. 35. diff. 5. num. 17. Hieron. Roderic. in compendio quest. regul. resolut. 62. de excommunic. num. 7. Sed vide quae habentur sess. 25. de Regul. cap. 14. num. 10.

Quarumcumque Ecclesiarum minorum Capitula toties, quoties voluerit Episcopus, & alij maiores Pralati, &c. visitent, corrigant, & emendent, non obstantibus, &c.

CAPVT IV.

- 1 Visitare, & corrigere potest Episcopus sua Capitula, si non sunt exempta, non obstantibus priuilegijs ex fundatione.
- 2 Capitulum, & Ecclesias sibi subiectas visitare potest Episcopus toties quoties opus fuerit.
- 3 Visitatio personarum capitularium ex hoc decreto intelligitur citra punitionem, & priuationem.
- 4 Visitare si velit Episcopus ex hoc decreto, debet id personaliter agere.
- 5 Ordinarij appellatione quis comprehendatur.
- 6 Visitare sine Canonicis adiunctis potest Episcopus iuxta formam huius decreti.
- 7 Visitare tenetur Episcopus tantum per se ipsum Ecclesiam collegiatam, si exemptio probetur per scripturas, & instrumenta authentica.
- 8 Archiepiscopus & scripturas Capituli non potest Episcopus vigore huius decreti visitare.
- 9 Cathedralis Ecclesiae visitationem protrahere non

- potest Episcopus.
- 10 Visitare debet Episcopus in loco ordinario Capituli quando visitat totum Capitulum, secus quando visitat particulares personas.
- 11 Episcopus in visitatione preparatoria potest exigere iuramentum à visitatis, secus in speciali.
- 12 Visitare non potest Episcopus in eius domibus Episcopalis.
- 13 Subcollectores Apost. non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 14 Curatos & Sacerdotes deputatos ad curam in Ecclesijs parochialibus subiectis Commendatori Ordinis Teutonici punire potest Ordinarius.
- 15 Non suscipit facultates alias ex immemorabili, & laudabiliter obseruata consuetudine.
- 16 Non tollit concordias conformatas à Sede Apostolica.
- 17 Visitare personaliter quando teneatur Episcopus,

4 Sess. 25. c. 1. de reform. & c. 4. refort. sess. 14. b. infra sess. vlt. de refor. c. 6. sess. 14. c. 2. Vide 1. Nicen. c. 17. & 2. Arc. in c. 13. & Anti. c. 13. Sur. c. 8. & 19. & 3. Carth. c. 20. & 21. Concil. Aut. c. 153. c. placuit. c. 11. & inf. sess. 14. de reform. c. 3. & 8.

Capitula cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illorumque personae, nullis exemptionibus, & consuetudinibus, sententijs, iuramentis, & concordijs, quae tantum suos obligent auctores, non etiam successores, tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & alijs maioribus Prelatis, & per se ipsos, solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adiunctis, iuxta b. canonicas functiones, toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica, possint, & valeant.

Vide Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 3. lit. A. vers. competit. in nouiss. edit. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 21. art. 7. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. à princip. & pract. quest. 4. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 62. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae, lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 18. cum seqq. incipium de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 73. num. 4. cum seqq. & addita ad c. 6. sess. 25. de reformat.

1. Episcopus sua Capitula visitare potest, & corrigere, si non sunt exempta, non obstantibus priuilegijs ex fundatione; si vero exempta sint, seruanda est forma praescripta infra sess. 25. cap. 6. ac proinde seruare tenentur decreta illius Concilij Provincialis, cui interfuerit eorum

Episcopus, vt refert decifum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 19. 21. & 23.

2. Visitare Capitulum & Ecclesias sibi subiectas potest Episcopus toties quoties opus fuerit, & pluries in anno, si aliquid acciderit quod iteratam Episcopi visitationem exposcat, Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 7. num. 1. vbi refert ita decifum 24. Ianuarij 1602.

3. Visitatio personarum Capitularium, quae iuxta Canonicas functiones, vt dicitur in hoc decreto, facienda est, intelligitur iuxta dispositionem iuris communis, citra punitionem & priuationem, Rot. in Calaguriana iurisdictionis 25. Maij 1580. coram Bualo, part. 2. diuers. decif. 328.

Visitare

4. Visitare si velit Episcopus ex hoc decreto, debet id personaliter agere, secus si ex alijs Concilij decretis, cum id per suum generale Vicarium, aut Visitatorem facere possit, si modo legitime impeditus fuerit, vt permissum est *sess. 24. cap. 3. de reformat.* etiam si de visitandis exemptis ageretur, cum *d. cap. 3. exemptiones tollat*, atque etiam de visitandis hospitalibus ex *e. s. sess. 22. agatur*; ita refert decimum Aldan. *d. tit. 7. num. 2.*
5. Ordinarij appellatione, cuius in litteris erectionis Collegiate fit mentio, nullatenus est intelligendus Archipresbyter eiusdem Ecclesie collegiatae, sed Episcopus dumtaxat, ideoque Ecclesiam ipsam, illiusque dignitates, Canonicatus, & beneficia pro tempore obrinentes, atque alios quoscumque ministros non eidem Archipresbytero, sed Episcopi dumtaxat, visitationi, correctioni, atque omnimode iurisdictioni subiecti sunt; ita Aldan. *citato loco*, vbi testatur decimum in *vna*
6. *Vicen.*
Visitare sine Canonicis adiunctis potest Episcopus iuxta formam huius decreti, quod si copiato processu, formato iudicio, prout iuris fuerit, contra aliquem Capitularem procedere velit in casu, quo accusatum, vel inquisitum de crimine comprehenderit, non potest sine adiunctis, ita Aldan. *vbi supra.*
- Visitandi facultas sublati privilegij tributa Episcopo quoad Ecclesias Collegiatas per hoc decretum, & quoad alias per *e. s. sess. 22. & e. 9. sess. 24.* habet locum non solum vbi privilegium Ecclesie est restrictum ad certos casus, verum etiam cum vniuersale est, sine vlla casuum restrictione, ita Aldan. *d. tit. 7. num. 6.* vbi dicit resolutum in *Hammuracen. 16. Julij 1576.*
7. Visitare tenetur Episcopus tantum per se ipsum Ecclesiam collegiatam, si exemptio Capituli probetur, non per inmemorabilem, sed per scripturas, & instrumenta legitima, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 7.* vbi dicit decimum in *Palentina de Aniles.*
8. Visitare non potest Episcopus vigore huius decreti archium, & scripturas omnes Capituli in eo existentes, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 8.* vbi dicit resolutum in *Tirafenen.*
9. Visitationem Ecclesie Cathedralis protrahere non potest Episcopus, sed debet continenter profequi, neque ad extraneos actus diuertere, & quamprimum legitimo impedimento cessante, vt eam perficiat, incumbere, ita Aldan. *d. tit. 7. num. 9.*
10. Visitare debet Episcopus in loco ordinario Capituli quando visitat totum Capitulum, secus quando visitat particulares personas, & non potest imponere penas ordinarias, nisi ordinatim cum adiunctis procedendo, vbi illi fuerint, nec potest ponere edicta sub censuris ad reuelanda delicta clericorum, quia correctio est prius facienda inter se, & ipsum solum, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 10.* vbi testatur decimum sub die 21. Aprilis 1593.
11. Episcopus potest in visitatione preparatoria, exigere iuramentum a visitatis, secus in speciali, & de rebus ne dum scandalosis, & publicis, sed etiam secretis in visitatione inquirere, & in visitatione preparatoria mandare, vt detur copia testium, secus in speciali. Tanquam suspectus autem recusari non potest cum generalem visitationem aggreditur, aut cum ad specialem descendit, si modo sine strepitu, & figura iudicij procedens penas imponat delictorum non ordinarias, sed eas tantum, quae morum emendationem respiciunt, & modum corrigendi non excedunt, ita Aldan. *vbi supra num. 12.* vbi ait resolutum in *Abulen. 1. Decembris 1588.*
12. Visitare non potest Episcopus in eius domibus Episcopalis, sed dum visitare voluerit, Capitulum debet accedere ad locum solum, quo scilicet Capitulares congregari, & eorum actus expediri consueuerunt, si id tamen commodè fieri potest, sin minus, ad locum congruum, & communem; sed non tenetur accedere ad locum Capituli, quoties profequi velit visitationem alicuius persone de Capitulo; si tamen Capitulum occasione visitationis conuocare ipse voluerit, non potest extra locum solum illud congregare, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 13.*
- Subcollectores Apostolici tanquam prorsus exempti non comprehenduntur sub hoc decreto, & *sess. 7. cap. 1. & sess. 25. cap. 6. de reformat.* ita refert decimum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. num. 81. & 82.*
- Curatos, & Sacerdotes deputatos ad curam in Ecclesijs parochialibus subiectis Commendatori Ordinis Teutonici punire potest Ordinarius, ad praescriptum huius decreti, & *cap. 6. sess. 25. de reformat.* ita Aldan. *d. tit. 7. num. 14.* vbi ait sic fuisse decimum in *Curien. 5. Aprilis 1631.*
- Consuetudinibus, non sustulit facultates alias ex inmemorabili, & laudabiliter obseruata consuetudine Decano, & Capitulo singulares Capituli ipsique subiectas personas cumulatim cum Episcopo, teorsum tamē ab eodem ipsum Episcopum toties quoties sua auctoritate vti volentem non excludendo) visitandi, corrigendi, & emendandi; quia Concil. non dicit eam facultatem concessisse Episcopo priuatim, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum exclusione non constat, & ab eis debere puniri non est cogendus coram Episcopo denuo se purgare, vel ab eodem iterum puniri, ita referunt decimum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proom. num. 21.* Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 194. in 3. declar. Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 28.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 154. num. 40.* Ego ipse *d. alleg. 73. num. 5.*
- Concordijs, non tollit concordias confirmatas à Sede Apostolica. Rot. *decis. 16. part. 2. diuers. Nicol. Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 217.* Derogat enim concordijs præterquam confirmatis à Sede Apostol. & illa tantum confirmationes intelliguntur præseruate in decretis Concilij, quae emanarunt ex certa sententia, & cum causae cognitione, vt refert decimum Garc. *d. cap. 2. num. 222.* Et ideo concordiae confirmatae à Papa in forma communi, etiam si cum ea concurrat consuetudo inmemorialis, fuit per Concil. derogatum, ex eod. Garc. *d. cap. 2. num. 223.*
- Per se ipsos, personaliter scilicet, & non per Vicarios, etiam generales, etiam si de visitandis exemptis ageretur, vel etiam si ageretur de visitandis hospitalibus, iuxta *cap. 8. sess. 22. de reformat.* latè Ioan. Sanci. in *selectis diff. 50. num. 1. cum seqq. pag. 374. in impress. Lugdunensi.* Secus si velit visitare ex alijs Concilij decretis, cum per suum Vicarium generalem id agere possit, aut per Visitatorem, si modo legitime impeditus fuerit, vt permissum est *infra cap. 6. sess. 25. de reformat.* sic decimum referunt Sbroz. in *addit. ad suum tract. de offic. vicar. lib. 3. g. 120.* Armendar. *d. tit. 6. de visitat. num. 107.* vbi num. 124. subdit Episcopum posse visitare etiam Ecclesias exemptas, sed tunc per se ipsum tantum. Materia huius cap. & sensus illorum verborum torsit multorum intellectus. In primis Nauart. *cap. 3. de officio Ordin.* inquit controuersiam exortam fuisse olim inter Episcopos & Capitula contententia, nunquam posse Episcopum illa visitare absque Adiunctis à Capitulo designatis. Decernit igitur Concilium, inquit Nauartus, & qui illum sequuntur, opus non esse Episcopo ad peragendam visitationem Adiunctis, sed posse per se ipsum solum: non quod illa particula, *per se ipsum solum* ad denotet quod personaliter debeat Episcopus interesse, sed ad excludendos Adiunctos esse additam; ac si Concilium dicat: Ad celebrandam visitationem Capituli decerno non constringi Episcopum Adiunctos vocare, sed id libertati ipsius relinquere, modo velit, quos sibi videbitur in socios sumere, vel absque Adiunctis visitare, non vero quod liberum non sit Episcopo visitationem delegare. At Ludovic. à Sarauia in *tract. de iurisd. Adiunctor. g. 14. num. 14.* credit personam ipsam Episcopi interesse debere visitationi, adeo, vt non possit illam committere alteri. Latè Ioan. Sanci. *d. diffus. 50. serè per tot. & præcipue à num. 20.* plures intelligendi modos refert, & videtur concludere, posse Episcopum visitare per se, & per eius delegatum, quia totum hoc decretum in Episcoporum fauorem, non verò in Capitulorum inuamen redundat, cum facultate visitandi illa fruatur Episcopus contra quasunque exemptiones, concordias, consuetudines, &c. quae Capitula potuissent habere ad non subeundam visitationem;

tionem; credit ergo quòd si constringeretur Episcopus per propriam personam visitationi operam dare absque libertate illam delegandi, non leue onus illi incumberet; fit ergo ex intentione Concilij fauentis Episcopos in hoc decreto, posse ipsos visitationes delegare. In speciali quòd Serenissimus Infans Cardinalis Toletane diocesis Archiepiscopus non teneatur per propriam personam Capitulum Ecclesie Cathedralis visitare, sed id agere possit per Coadministratorem, declarauit Sacra Congreg. Eminentissimorum Cardinalium Concilij

Tridentini interpretum proposito dubio. *An coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Toletani possit per se solum visitare Ecclesiam Toletanam, eiusque Capitulum, & personas? Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini, interpretum sapientis auditu paruum Procuratoribus, & Advocatis, reque accurato studio perpenfa atque discussa, censuit Coadministratorem posse etiam per se solum Toletanam Ecclesiam, eiusque Capitulum, & personas visitare.* Cosmus Cardin. de Torres, Refert Ioan. Sanci. d. dist. 50. in fine.

Pontificalia in aliena diocesi non exercentur, aut ordinatio fiat sub pena suspensionis ab exercitijs.

C A P V T V.

- 1 Doctores referuntur de materia huius capitis agentes.
 - 2 Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificalia in diocesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia.
 - 3 Archiepiscopo prohibitum est Pontificalia exercere in Ecclesijs suffraganeorum absque licentia Ordinarij.
 - 4 Episcopus non potest ordinare in alterius diocesi de licentia Ordinarij personas illi non subiectas, nisi habuerint dimissorias.
 - 5 Pontificalia exercens in aliena diocesi de Ordinarij loci expressa licentia potest Ordines conferre etiam suis proprijs diocesanis.
 - 6 Episcopus in alterius diocesi de licentia Ordinarij potest tam subditos proprios, quam Episcopi licentiam concedentis ordinare.
 - 7 Facultatem habens à Papa promouendi à quocumque, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diocesi sine licentia Episcopi illius diocesis.
 - 8 Familiares triennales Episcopi an alius de eius licentia ordinare possit.
 - 9 Primam clericalem tonsuram suis subditis conferre non potest Episcopus in aliena diocesi absque licentia Ordinarij loci.
 - 10 Ordines in loco exempto volens conferre Episcopus alienus, debet habere licentiam superioris loci exempti, & illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
 - 11 Pontificalia exercere non potest Episcopus in loco exempto vocatus ab inferiore Prelato ipsius loci sine licentia Episcopi, intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
 - 12 Suffraganeus datus Episcopo cum facultate exercendi Pontificalia de eius licentia, non potest illo mortuo ea exercere.
 - 13 Confirmationis Sacramentum in alterius diocesi non potest Episcopus suis subditis conferre sine licentia Episcopi in cuius diocesi reperitur.
 - 14 Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, non potest in Ecclesia sua iurisdictionali Pontificalia exercere.
 - 15 Commendatarius Abbatie existentis intra fines alicuius diocesis non potest vocare Episcopum prominuistrando Sacramento Confirmationis suis po-
- 16 Episcopus vicinior qua possit in Abbatia nullius diocesis.
 - 17 Archiepiscopus non potest vti Cruce, nec Mozgetta Legato presente in ciuitate.
 - 18 Nuncius non debet exercere Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi sine eius licentia.
 - 19 Benedictionem non solemnem, non comprehendit Concil. in hoc cap.
 - 20 Episcopus & vicarius extra territorium habent facultatem faciendi actus voluntaria iurisdictionis.
 - 21 Excommunicare, & absolueré subditum suum potest Episcopus extra territorium.
 - 22 Abbatibus titularibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem cum vsu mitra non licet illam deferre extra proprias eorum Ecclesias absque speciali Sedis Apost. indultu.
 - 23 Baldachinum erigere possunt Episcopi in Ecclesijs Regularium Pontificalia exercentes.
 - 24 Abbatibus Cassinen. & Oliuetanis quomodo permittatur vsus Baldachini.
 - 25 Episcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralē, in ciuitate tamen, tenentur assistere qui solent assistere.
 - 26 Canonici & dignitates Cathedralis si adsint, tenentur assistere Episcopo pontificaliter celebranti in Ecclesia collegiata, vel parochiali.
 - 27 Vicarius generalis non potest concedere licentiā alteri Episcopo exercendi Pontificalia in sua diocesi.
 - 28 Ordinarij nomine venit Episcopus in presenti.
 - 29 Episcopi possunt ordinare personas alteri Ordinario subiectas si ab eo literas dimissorias habuerint.
 - 30 Episcopus suspenditur à Pontificalibus si ordinauerit in aliena diocesi absque licentia expressa Ordinarij loci, vel cum ea personas non subditas.
 - 31 Pontificalium nomine qua veniant.
 - 32 Missam cum mitra, & baculo celebrare non potest ab exercitio Pontificalium suspensus.
 - 33 Suspenso à Pontificalibus non prohibetur exercitium iurisdictionis Episcopalis.
 - 34 Contra malè ordinantes, & malè ordinatos extat constitutio S. D. N.
 - 35 Ordinatio Episcopi proprij extra territorium est valida, quamuis pumbilis sit,

N Vlli Episcopo liceat cuiusvis privilegij praxtextu Pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de Ordinarij loci & expressa licentia, & si in personas eidem Ordinario subiectas tantum, si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinari ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi.

Indictio futura Sessionis.

Piacetne vobis proximam futuram Sessionem celebrari die Iouis feria quinta post primam Dominicam subsequens Quadragesimæ, quæ erit dies tertia mensis Martij? *Responderunt, P L A C E T.*

1. **V** Ide Nauarr. *consil. 69. de sent. excommunic. in antiq. aliàs consil. 12. de clerico excommunic. min. Sayr. in floribus decis. sub illo tit. de sentent. excommunic. decis. 66. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. lit. A. in princip. secundum nouiss. impress. Henric. in sum. lib. 11. cap. 3. §. 2. in fine. Guier canon. lib. 1. c. 26. Flamin. Parif. de resignat. benefic. lib. 1. q. 17. not. 17. Marchin. de sacram. Ordin. tract. 1. p. 5. cap. 11. Narbona. l. 59. gloss. 1. num. 2. tit. 2. lib. 2. Rocop. Petr. Gregor. syntegm. iur. lib. 16. cap. 9. num. 3. Anguian. de legibus lib. 2. controuers. 1. num. 71. Alzed. de praxell. Episcop. dignit. p. 2. c. 5. num. 17. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Archiepiscopus. num. 2. & p. 2. verb. Episcopus. pag. 45. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. tract. de sacramento Ordinis. cap. 8. conclus. 4. dub. 4. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 38. art. 3. conclus. 1. Piasec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. num. 36. Cened. ad decretum collect. 52. num. 1. Vgol. de officio Episcopi. cap. 2. §. 2. num. 5. Aloy. Rice. in decis. curia Archiep. Neapolis. p. 2. decis. 188. num. 10. Bonacina de censuris disp. 3. q. 6. puncto 3. num. 17. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis. num. 68. Bonacina de suspens. in particulari disp. 3. q. 1. punct. 12. num. 1. Campan. in diuersorio iuris canon. rubr. 9. cap. 1. num. 6. metipsum de officio & potestate Episcopi. p. 2. allegat. 6.*
2. Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificalia in diocesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia, vt refert decifum Galet. in margarita casuum conscientia. verb. Episcopus, & Ego ipse d. alleg. 6. num. 14.
3. Pontificalia exercere in Ecclesijs suffragancorum, absque licentia Episcopi ordinarij prohibetur est Archiepiscopo, ita Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 8. num. 2. vbi refert decifum à S. Congreg. Episcop. sub die 18. Aprilis 1599.
4. Episcopus in alterius diocesi de licentia Ordinarij loci non potest ordinare personas, quæ non sunt subiectæ illi ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis ordinarijs, ita refert decifum Armendar. d. l. 7. de Episcopis. num. 68.
5. Episcopus exercens Pontificalia in aliena diocesi de Ordinarij loci expressa licentia, potest Ordines conferre etiam suis proprijs diocesanis, non obstantibus hoc decreto, ex Aldan. d. tit. 8. num. 3. vbi testatur sic resolutum sub die 6. Iulij 1595. & idem tenet Armendar. d. loco n. 5.
6. Episcopus in alterius diocesi existens potest prævia licentia illius, tam subditos proprios, quam Episcopi licentiam concedere abique incurfu pœnarum ordinarij, ex Aldan. d. loco, vbi refert decifum die 22. Februarij 1630.
7. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunq; non potest promoueri ab Episcopo in aliena diocesi sine licentia Episcopi illius diocesis, per cap. 11. s. 7. nisi Episcopus illius diocesis constitueret suum vicarium illum Episcopus exterrum vt pro se promoueat, sicut non sufficit simplex licentia, sed constitutio in sui locum requiritur, vt probatur ex d. cap. 11. ibi, vel ab eo quod pre eo, &c. ita Aldan. d. tit. 8. num. 5.
8. Familiares triennales Episcopi, in cuius diocesi exercet alius de eius licentia Pontificalia, poterit inuitatus ordinare, si Episcopus qui hanc facultatem exercendi Pontificalia illi dedit, expressè etiam dedit licentiam huic familiari quod possit ordinari ab eo, ac etiam familiarem alterius Episcopi extranei, si expressè adit ipsius licentia, cum talem familiarem Concil. habeat pro subdito illius Episcopi, & sicut Episcopus verè subditum

- suum potest facere ordinari ab alio, sic & istum, refert decifum Aldan. d. loco.
- Episcopus in aliena diocesi non potest conferre primam clericalem Tonfuram suis subditis, absque licentia Ordinarij loci, vt resolut Campan. in diuers. iuris canon. rubr. 6. cap. 1. num. 2. quem refero d. alleg. 6. num. 15. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 142. Acuña ad cap. illud. num. 3. dist. 71. Narbona l. 20. gloss. 2. num. 135. tit. 1. lib. 4. Recop. Sanch. in opusculo moralibus. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 5. num. 2. Iul. Cæf. Madius de sacris Ordinibus. cap. 2. num. 4. contra Rebuff. in tract. nominat. q. 14. num. 29. & 65. & in praxi benefic. rubr. de Eccles. & à quibus, & quomodo ordinantur. num. 13. Henric. in sum. lib. 3. cap. 6. §. 6. Bonacina de Sacrament. disp. 3. q. unica. punct. 2. num. 13. Tolet. lib. 1. sum. cap. 48. num. 6. alijs cap. 49. num. 4. Mollet. d. cap. 2. num. 15. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 5. vers. quæres. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 8. dist. 7. num. 17. Maur. Alzedo de præcellentia Episcop. dignit. p. 2. cap. 5. num. 18. Anton. Diana moral. resolut. p. 4. tract. 4. resol. 143. existimantes id ei licere.
- Et in Ecclesijs Regularium, vel alijs locis suæ diocesis exemptis, aut alterius cum licentia, vt supra, Pontificalia exercens Episcopus, potest solum, thronum, & Baldachinum, conferre, vt per Laurer. de Franchis in controuers. inter Episc. & Regul. pag. 95. in resp. ad 1.
- Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam Superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus est constitutus, vt refertur decifum Armendar. d. l. 7. de Episcopis. num. 55. Aloy. Rice. in praxi rerum fori eccles. post. resolut. 495. in notab. de materia Episc. Galet. in margarita casuum conscientia. verb. Episcopus. pag. 100. col. 2. Ego ipse d. alleg. 6. num. 12.
- Non potest enim Episcopus Pontificalia exercere in loco exempto, & iurisdictionis non Episcopi, sed inferioris, vocatus tamen ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi, intra cuius diocesis fines esset locus ille, etiam si ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit, ad ministrandum sacramentum Confirmationis, dummodo locus ipsius exempti sit intra fines diocesis alicuius, ita vt non sit nullius, quia tunc posset, vt testatur resolutum Armendar. d. l. 7. nu. 68.
- Suffraganeus datus Episcopo Vilen. cum facultate exercendi Pontificalia officia in diocesi, & ciuitate Vilen. de expresso contentu, & licentia moderni, & pro tempore existentis Episcopi, non potest eadem Pontificalia exercere, vt exercuit viuente Episcopo, post illius mortem Sede vacante, Capitulo non contradicente, ita Aldan. d. tit. 8. num. 9. vbi refert decifum in Vilen. 22. Februarij 1631.
- Confirmationis sacramentum in alterius diocesi non potest Episcopus suis subditis conferre sine licentia Episcopi, in cuius diocesi reperitur, ita testatur decifum Armendar. d. l. 7. de Episcopis. num. 68. quem refero de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 30. num. 15.
- Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, non potest in Ecclesia sua iurisdictionali, veluti si esset Prepositus, Christina conferre, nec alia Pontificalia exercere, nisi de expressa licentia Episcopi, intra cuius diocesis fines præpositura existit, ita refert decifum Aldan. d. tit. 8. num. 10.
- Commendatarius Abbatie existentis intra fines alicuius diocesis, etiam exemptæ, & habentis iura quasi Episcopalia, non potest vocare quem maluerit Episcopum

- pan promittendo Sacramento Confirmationis suis populis, nisi de consensu, & licentia Episcopi, in cuius diocesi est Abbatia, ita refert decifum in *una Veronen. Aldan. d. tit. 8. num. 11.*
16. Abbatia aliqua si nullius dioceseos existat, non potest Episcopus vicinior ibi conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia absque Abbatis expressa licentia, sed est in facultate ipsius Abbatis conuocare quem maluerit catholicum Antistitem, saluo tamen maiori iure Episcopi vicinioris, si aliunde id sibi competat. Verum potest Episcopus vicinior visitare beneficia secularia, & clericos seculares dictae Abbatiae, illosque repertos culpabiles corrigere. Et Episcopus vicinior dicitur ille, cuius cathedralis Ecclesia sit Abbatiae proximior, non autem locis dictae Abbatiae subiectis, sic refert decifum Aldan. *citato loco.*
17. Archiepiscopus non potest vti Cruce, nec Mozzetta Legato praesente in ciuitate, ex Aldan. *d. tit. 8. num. 12.* vbi testatur sic resolutum die 2. Octobris 1601. Et non potest Pontificalia exercere in Ecclesijs suffraganeorum, absque licentia Episcopi ordinarij, ex eod. Aldan. *tit. 8. num. 26.* vbi dicit sic fuisse decifum a *S. Congreg. Episcopi sub die 18. Aprilis 1599.*
18. Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi absque eius licentia non debet exercere Nuncius, ex Aldan. *d. tit. 8. num. 14.* vbi ait ita decifum in *S. Congreg. Rit. sub die 9. Martij 1593.*
19. Benedictionem non solemnem non comprehendit Concil. in hoc cap. ex Aldan. *d. tit. 8. num. 15.* vbi refert sic resolutum sub die 13. Aprilis 1630.
20. Episcopus & Vicarius extra territorium habent facultatem faciendi actus voluntariae iurisdictionis, vt resoluunt Vgolin. *de officio Episcopi. c. 2. §. 1. q. 1. m. 4. Card. Tusch. lit. 1. concl. 546. Steph. Gratian. discip. forens. cap. 1. 27. a principio. & num. 6.* tenet quod possunt concedere dimissorias in aliena diocesi.
21. Hinc etiam Episcopus extra territorium potest excommunicare, & absolueret subditum suum secundum Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 62. num. 12.* vbi num. 11. subdit posse Episcopum extra suam diocesim iurisdictionem contentiosam exercere, quando causa cognitio non vertitur, & effectus confertur in suam diocesim, de quo etiam Steph. Gratian. *d. c. 127. au. 8.* vel quando Episcopus diocesis permittit, modo litigantes in id consentiant, vt post alios resolut Vgolin. *d. §. 1. q. 1. m. 4. vers. secundo excipitur, quem refero ego ipse d. alleg. 6. num. 18.*
22. Abbatibus titularibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem cum vtu mitrae, & baculi, non licet deferre mitram extra proprias eorum Ecclesias per diocesces Ordinarios absque speciali indultu Sedis Apost. nec sine, nec cum licentia Ordinariorum, ex Aldan. *d. tit. 8. num. 15.* vbi refert decifum sub die 2. Augusti 1631.
23. Episcopi in Ecclesijs Regularium Pontificalia exercentes possunt ibi Baldachinum erigere, ex Aldan. *d. tit. 8. num. 16.* vbi attestatur resolutum in *S. Congr. Episcop. sub die 10. Julij 1603.*
24. Baldachini vsus permittitur Abbatibus Congregationis Cassinen. in tribus ad summum festiuitatibus anni, quibus solemniter celebrant iuxta consuetudinem modeste, sine pompa, & auro, Urbanus VIII. *constit. 101. incip. Exponi, 11. Julij 1629.* & Abbatibus Oliuetanis, *constit. 97. incip. Exponi, 4. Aprilis 1629.*
25. Episcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralium Ecclesiam, in ciuitate tamen, & non in diocesi, tenentur assistere, & inferuire, qui solent assistere, & inferuire exercenti Pontificalia in Cathedrali, ita refert decifum Galet. in *margar. casuum conscientia. verb. Canonici, pen. Scip. de Rubcis in aphor. Episcop. verb. assistentia, num. 2.*
26. Episcopo pontificaliter celebranti etiam in Ecclesia collegiata, vel parochiali, assistere debent dignitates, & Canonici Cathedralis si adsint, non autem Canonici Collegiata, vel Presbyteri parochialis, etiam si numerus alioquin sufficiens sit Presbyterorum, ex Aldan. *d. tit. 8. num. 15.* vbi refert ita resolutum in *S. Congreg. Rituum in Calaguriana 1. Julij 1601 & in Bononien. 20. Aprilis 1602. & in Brunanifina 15. Julij 1617. & in Iseruien. 2. Augusti 1631.* refero ego ipse de Canonici *cap. 33. num. 11.*
- a. Nulli Episcopo.] Vel etiam Archiepiscopo, vt cum gloss. in *cap. 2. de offic. ordin. lib. 6. tradit Couarr. pract. cap. 9. num. 2.* & melius Zerol. *d. verb. Archiepiscopus, vers. ad secundum, vbi respondet ad text. in cap. 1. de auctor. & vsu pallij, cum similibus.*
- Vicarium generalem non posse concedere licentiam alteri Episcopo exercendi Pontificalia in suam diocesim, testatur resolutum Sbroz. in *addit. ad suum tract. de vicario Episcopi, lib. 2. quest. 7.*
- b. Nisi de Ordinarij, &c.] Episcopi scilicet, in cuius diocesi locus est constitutus, & non de Praelato inferiori, etiam exempto, vt per Galet. in *margarita casuum conscientia. verb. verba 1.*
- γ. Expressa licentia.] Ergo non sufficit tacita, vt per Narbon. *l. 59. gloss. 1. num. 22. tit. 4. lib. 2. Recop. D. Felician. de Vega Archiepisc. Mexican in relect. ad cap. significasti, num. 22. de foro compet.*
- δ. In personat eodem Ordinario subiectas tantum.] Vel alijs Ordinarijs, si ab eis literas dimissorias habuerint, vt per Fr. Emman. in *sum. part. 2. cap. 14. num. 7. concl. 7.* Ludouic. Miranda in *man. Praelat. tom. 1. quest. 38. art. 3. in concl.*
- ε. Ab exercitio Pontificalium, &c.] Episcopus ordinans in aliena diocesi absque licentia expressa Ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi personas non subditas, suspenditur a Pontificalibus, vt resoluunt Henric. in *sum. lib. 3. cap. 38. §. 1. vers. 1. Campan. in diuersis Canon. rubr. 6. c. 1. n. 2. & rubr. 9. cap. 4. Thom. Valase. allegat. inuris tom. 1. allegat. 2. num. 18. Bonacina d. g. 6. puncto 5. num. 21. quos refero d. alleg. 6. num. 4.*
- Pontificalium nomine quae veniant, colligitur ex gloss. *verb. a Pontificalibus, in Extrauag. suscepti regimini, de elect. Mar. Alter. de censur. disp. 16. c. 3. vers. quare aliquis, inempto de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 111. num. 33.*
- Mitrae sacrificium cum mitra & baculo celebrare non potest ab exercitio Pontificalium suspensus, secundum Aloyf. Rice. in *praxi rerum fore eccles. 467. in 1. edit. alias resol. 440. in 2. edit. Nec calices, & corporalia etiam inaduenienter benedicere, vt per Zerol. in *praxi Episc. p. 2. verb. Episcopi, vers. secundo, Franc. Leo in thesauro fore eccles. p. 3. c. 8. num. 15. quos refero d. alleg. 6. num. 8. vbi num. 19. resoluo, an suspensus a Pontificalibus in illis celebrando fiat irregularis.**
- Vtrum autem sub hac suspensione prohibeatur exercitium iurisdictionis Episcopalis? Negatiue respondet Vgolin. *de censur. tab. 4. cap. 6. §. 6. num. 5. Aloyf. Rice. d. resol. 440. num. 3.*
- Et sic ordinati ab executione Ordinum, &c.] Proceedit ex eo quod etsi fortassis in ipso ordinato non adfuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipsam ordinationem, Episcopus, qui confert Ordinem, ipso facto incurrit Pontificalium suspensionem, inde est quod etiam eadem suspensio respectu Ordinis suscepti ad ipsum ordinatum protrahatur, vt post Mari. Alter. tenet D. Felician. de Vega *ad cap. etsi clerici, §. si vero, num. 34. de iudic. Contra male ordinantes, & male ordinatos extat constitutio S. D. N. Urbani VIII. incip. Secretis, sub dat. 11. Decembris 1624. vbi innouantur constitutiones aliae super hac re editae, videlicet Clementis I V. & Pij II.*
- Et quamuis ordinatio proprii Episcopi extra territorium puniri possit, est tamen valida, vt resoluunt Henric. in *sum. lib. 11. c. 3. §. 2. in fine, lib. 5. Vgolin. de potest. Episc. c. 4. §. 14. num. 2. quos refero d. alleg. 6. num. 11.*